Fragmentarium

quod te non reddidisse delectet. nec mirabis neminem
reddere. Si attenderis quod nemo satis accepit fortasse
et unum quod in alium corrigere optas inter inimicicies
si diligenter excusseris. Igitur unicuique publico in
eos irasceris stultitie tuo. Aliis iterum ut absolvaris
ignosce. Malum ferendo meliorem efficies ex
probrando peiorem. Non est ille qualem speravimus
sumus nos quales debemus. Sepe quod cui modo
explicari potuit talentis properata abrupta
est. Ex amico dubio ne facias inimicum indubi
um. Omnibus beneficias. Vincat enim maliciam per
tinax bonitas. Tamquam bonus agricola soli
sterilitatem cura cultuque vincere. Non est ei ma
gni animi dare et perdere. sed perdere et dare. Hec ergo
sufficiant quia plus prosunt pauca precepta sapientie
si ea in promptu habeas quam multa que ad ma
num non habeas. Si huius periculum evitare volueris
ut hominem ingratum non invenias. beneficia non
tribuas. Queris te invenisse hominem si nunc
primo expertus es aut fortune aut tue diligen
tie refer gratias. Etiam post malam segetem seren
dum est quia assiduitas infelicis soli sterilita

tem

License: public_domain – Göttingen, Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen, Cod. Ms. Morbio 1 a, Fol. 20v – Anthology of excerpts from L. Annaei Seneca and other theological texts (https://fragmentarium.ms/view/page/F-za50/11341/82175)